



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 40. De iis quæ in Monte Caluario acciderunt, ante Crucifixionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

MEDITATIO XL.

DE IIS, QUÆ IN MONTE Caluario, ante crucifixionem sunt gesta.

PUNCTVM I.



PRIMUM considerandæ sunt causæ, cur voluerit *S. Thom. 3. p. q. 46. a. 10.* Christus Dominus crucifigi in monte Caluario, in meridie, & tempore tantæ solennitatis? quia omnia hæc, sua continent myste-

ria: neque enim casu, sed propria electione ac voluntate, & crucifixionem, & modum, tempus, ac locum eius, cum cæteris sacrificij circumstantijs, ipse elegit.

PRAECIPVA causa huius fuit, vt crucifixio & mors eius, ex omni parte illi esset acerbior, nobis verò utilior, ob rara virtutis exempla, quæ occasione hac, in ea resplenderunt. Voluit in *aperto campo* mori, vt eius ignominia & cruciatus, magis essent publici, & possent ab omnibus videri; siquidem in omnium commodum illos sustinebat: Voluit eundem campum, esse montem *Caluarium*. in quo scelerati afficiebantur supplicio, vt sic mors eius, magis esset ignominiosa: siquidem in

eo loco

eo loco illa inferbatur, in quo alij, propter
 enormia scelera, morte afficiebantur; & ut
 ita appareret, ipsum, non tam sententiã hu-
 manã iustitiã, quã Diuinã, mortis supplicio
 affici, in pœnam, quam, qui verè erant
 peccatores, propter sua scelera erant prome-
 ritis; ipse verò ita illorum pœnas lueret, ut li-
 beraret à culpis; Voluit præterea, locum ap-
 pellari *Caluarium*, eò quòd plenus esset calu-
 rijs eorum, qui erant supplicio affecti; ac pro-
 pterea foetidus, & qui stomachum commoue-
 ret: ut hæc omnia horrorem illi maiorem ad-
 ferrent, & intelligeretur, eius sanguinem, vi-
 uis ac mortuis adferre salutem; ac viuificari
 animas, & suo tempore etiam corpora viuifi-
 caturum: Voluit etiam in *meridie* sacrificari
 ut omnes clarè possent videre, ipsius nudita-
 tem, & ignominiam, & quòd pro omnibus pa-
 tiebatur, eo feruoris excessu, quem sol in me-
 ridie significat. Et ob eandem causam, elegit
 mori, in die solenni *Paschatis*, cum innume-
 rus populus confluebat in Hierusalem; ut, quòd
 ad plures perueniret passionum eius notitia,
 eò essent illæ magis ignominiosæ; & omnes
 discerent ab eo heroicam humilitatem, pati-
 entiam, & charitatem, quibus talia patie-
 batur, à talibus persecutoribus, & tot concu-
 rentibus circumstantiis, quales nunquam in
 mundo visæ fuerunt. Gratiastibi dulcissime
 Redemptor, quòd ad tuam mortem, detenti-
 ma & abiectissima, quæ in terra erant, elegi-
 ris. Ut in mundum ingredereris, vile stabulum

S. Thom 3. p.
 q. 46. a. 9.

elegisti; vt verò exires, infamem quoque Calvariæ locum: Ad nascendum elegis locum immondum, & brutorum animalium; ad moriendum vero, alium caluarijs scelestorum hominum repletum: Cùm nascebaris, confluxit in Bethlehem innumera populi multitudo, vt impedimento tibi esset, ne hospitium inuenires; & quando moreris, confluit etiam plurimus populus in Hierusalem; quò esset tibi occasio maioris infamiæ: Natus fuisti media nocte, & in parua ciuitate, vt gloriosa natiuitas tua occultaretur: Pateris verò in meridie, & in ciuitate maxima, vt ignominiosa tua mors, sit omnibus manifesta Et quoniam tua electio semper est recta, concede mihi, Saluator mi, ad tuam imitationem, eligere mihi, quod in mundo est deterius; fugere verò, quod in eo est honorificum, & amplecti quod apud eum est infame: ac in huiusmodi humiliatione, ad finem vsque vitæ meæ perseuerare. Amen.

PUNCTVM II.

CVM ad montem Caluarium esset peruentum, a dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum. Et cùm gustasset, noluit bibere.

a Matth. 27.
34.
Marc. 15. 23.

I.
Prou 31. 6
Date vinum
his qui amaro sunt
animo.

PERPENDENDA hic primùm est, horum tortorum crudelitas. More enim receptum erat, bonum vinum, supplicio afficiendis pro pinare, vt eorum debilitati consuleretur; sed

I V. Part. Medit. ff Chri-

Christo Domino nostro, alias afflictissimo, ac
 siti valde vexato, ob multam sanguinis effu-
 sam copiam, & tot cōfecta itinera, cum essent
 illi vinum oblaturi, fel & amarissimam myr-
 rham illi commiscuerunt; vt os, linguam, &
 ipsum stomachum cruciarent; ad quas partes
 verbera & spinæ non peruenerant. Sed
 Christus, etsi non ignoraret, quale illi vinum
 offerret *gustauit*, sed *noluit bibere*, vt illa amari-
 tudine percepta, exsiccata eius lingua, &
 afflictum paterentur; & hac ratione lucret
 se, gulæ & ebrietatis nostræ voluptates; &
 mul nobis patientiæ exemplum præberet,
 quando nostrarum afflictionum, nullum
 hominibus leuamen, sed potius ea tum
 mentum percipiamus; & etiam exemplum
 tolerantia, quando esurientibus aut sitien-
 tibus nobis deerunt necessaria; aut insulsa
 insipidus cibus offeretur: siquidem nostrum
 Domino tanta siti defatigato, fel cum vino
 obtulerunt, & vt ipse conqueritur *dediderunt
 in esum meum fel, & in siti mea potauerunt
 me aceto.*

Psal. 60.
22.

Jerem. 31.
29

Ezech. 18. 2.

Thren. 3.
19.

O dulcis IESU, quàm caro tibi stat nostræ
 gulæ solutio! non dicitur de te *d patres tuos
 mederunt uiam acerbam, & filiorum dentes
 stupuerunt*: contra potius filij acerbam uiam
 medimus. & peccatorum austeritatem; ru-
 rō stuporem sentis, perferēs quos nos prom-
 riti sumus cruciatus! ignosce Redemptor
 meos in hoc vitio excessus, sitis cibi mei con-
 dimentum, e *recordatio absinthij & sellæ*

ne aut cibi defectus me affligat, aut eius me voluptas abripiat.

DEINDE perpendam, plurimos nunc esse, qui vinum felle mixtum, Christo Domino propinent, dum operibus alioqui bonis, peruersas intentiones & abominandas circumstantias admiscunt. Vinum cum felle mixtum, est doctrina commixta erroribus; fides, iniuris operibus; zelus, vindictæ, eleemosyna, inani gloriæ; oratio, voluntarij distractionibus, & omnia denique opera ex hypocrisis.

Hæc illa vna est, quam Moyses *f uam fella*, & eius *vinum, fel draconum* appellat: quod g Deut. 32.
32.

nos Christo offerimus: sed ipse etsi gustu percipiat, non tamen bibit, sed exspuit statim: displicet enim illi grauissimeque eum offendit huiusmodi haustus. O Rex supreme, quantum interest inter cibum & potum, quem tu mihi das, & quem ego tibi offero! nam tu mihi sanctissimi tui corporis panem, & salutare pretiosi tui sanguinis vinum offers, & quidem iucundissimarum consolationum melle admixto; ego contra, panem & vinum tibi reddo, felle amarissimo infectum. Ignosce Domine huic meæ ingratitude, & gratia tua diuina ita me adiuua; vt ex nunc *vinum* tibi offeram bonorum operum, *optimum*, purum, & odoriferum, *dignum* (vt ait Sponsa) *dilecto meo, ad potandum, labijsq; & dentibus illius ad ruminandum*, & ad cor vsque transmittendum, cui & ego perfecti amoris vnitione coniungar.

h Cant. 9.7.

III.

Euthymius
duos dicit
fuisse po-
tus.

h Marc. 15.
23.

i Marc. 27.
34.

ALIQVI etiam contemplantur, quibus CHRISTO Domino nostro, cum ad montem Caluariæ peruenit, haustum obtulerint. PRIMVM electi & præstantis vini, quod Sanctus Marcus myrrachum vinum appellat & confectum, quale ijs, qui cruci essent assignandi, offerri consueuerit, ut illos a sensibus alienaret, & minus sentiret tormenta; & de hoc haustu dicit S. Marcus *h non accepit*. QUARTO ob causam, crudeles illi milites, rabie quadam in illum commoti, *dederunt ei vinum felle mixtum*: de quo Sanctus Matthæus ait, *si quis gustasset, noluit bibere*. Quomocunque autem id acciderit, resplenduit hic Christi Domini nostri charitas, non acceptantis primæ illud præstantis vinum, ne leuamen ex eo acciperet; sed integris sensibus pateretur, & grauissimè sentiret dolorum crucis atrocitatem alterum verò gustantis quidem, ut eius amritudine lingua & os afficeretur; non tamen bibentis, propter significationem prædictam.

PUNCTVM III.

Christi Do-
mini nudi-
tas.

PERPENDAM hic, satellites illos carnifices, ut Christum Dominum crucifigerent, vestibus suis, vsque ad interioriorem tunicam, magno eius dolore & pudore exuisse. QUARTO Christum Dominum sua passione exuerunt; in pœnam, quod ego sæpius gratiæ vestem exuerim, Deum meum peccatis offendendo. PRIMVM, quando cum

verberarunt: **S E C V N D O**, quando spinis
 eum coronarunt, vt purpuram ei induerent:
T E R T I O, quando exuerunt illum purpura,
 & proprias ei vestes iterū induerunt: **Q V A R T O**,
 denique, vt crucifigeretur: in quo, ma-
 ximo dolore, & ignominia fuit affectus. faci-
 le enim est credere, interiorem tunicam, vul-
 neratis carnibus adhæsisse, quam crudelissimè
 extrahentes, etiam pellem abstraxerunt; sicut
 qui oscitanter ouem tondent, partes sæpè pel-
 lis forficibus abscindentes, simul cum lana
 auferunt. Ignominia fuit etiam grauissima,
 quòd nudus omninò, in campo, innumera ple-
 bis multitudine pleno, compareret; omnibus,
 qui illum aspiciabant, iridentibus, & illu-
 dentibus. Quod tamen totum, patientissimus
 hic Agnus, incomprehensibili patientiâ & hu-
 milicate tolerabat, Patrique æterno offerebat,
 pro cõfusione & ignominia, quam nostra pec-
 cata merebantur: nobis verò exemplum dedit
 tolerantia; si quando nobis aut vestis, aut quid
 aliud, corpori necessarium defuerit; nosque
 exhortatus est, ad nuditatem, & paupertatem
 Euangelicam, quam tum verbo prædicauerat,
 tum semper, à die suæ Natiuitatis huc vsque,
 opere ipso seruauit. Saluator mi, quàm iu-
 xta litteram imple, quod scriptum est, *a nudus* a *Job. 1. 21.*
egressus sum de utero matris meae, & nudus re-
uertar illuc? Natum enim in mundo, statim
 tua mater, vilibus & pauperibus crepundijs te
 cooperuit: exeuntem verò ex mundo, etiam
 vestibus, quas ab illa acceperas, te exspolia-

b Gen. 3. 10.

runt; nec permiffa est accedere, vt alaps te
cooperiret. O fecunde Adam celestis, quam
caro tibi fiat b *nuditas* primi *Adami* terreni,
quæ illi prouenerat ex inobedientia: si quidem

s Gen. 9. 21.

vt tu illam gratiæ tuæ veste cooperires, necesse
tibi fuit, omnino nudum, & adeo ignominiose,
prope crucem consistere! O vinum diuini
amoris, quo diuinus hic c *Noë*, mundi re-
parator adeo *inebriatus* est, vt *nudatus* remanens,
à populo quem, vt proprium filium habebat,
irrisus fuerit & illusus: Me quoque *inebri-*
atus, vt exuens omnia terrena, nudus nudum
IESVM sequar, ipsius opprobria lubens amplectendo.
Nudus exiui, Saluator mi, ex uero matris meæ;
& nudus, sicut tu, eò redire aueo: nuditas tua erit
vestis mea; & tua ignominia, insignia mea: pau-
peritas tua, diuitiæ meæ; confusio tua, gloria mea: & mors
denique tua, vita mea erit, nam si tibi com-

moriar, tecum etiam ad vitam nouam
resurgam, tibi sit honor

& gloria in secula.

Amen.

